

cupimus pervenire, quod omnia facta rationum charitatis^{d)} peracta a parentibus nostris a quibus descendimus eadem caritati permoti volumus in melius commutari, precipue tamen inopiam ecclesie sanctimonialium in Isenberg^{f)} considerantes et eidem compatientes volumus certissime ut nullo inpediente ecclesiam in Zwickavia^{g)} predictae sanctimoniales quicumque voluerint^{h)} persone idoneⁱ⁾ collocent officendam ut ampliori^{k)} valeant gaudere utilitate libertate pariter et profectum. Ne autem aliquis successorum nostrorum vel saltem quisquam superstitum^{l)} iam vel deinceps audeat predictam libertatem memorate ecclesie per manum nostram collatam aliququaliter violare presentem litteram nostri sigilli munimine fecimus communiri. Testes autem huius rei sunt dominus Theodericus de Nebere prothonotarius curie nostre et nobilis vir Geberhardus^{m)} de Querenfortheⁿ⁾, Wicnandus dictus de Hernstein^{o)}, Conradus de Luppe milites et quamplures alii fide digni. Datum Weyssevels^{p)} anno domini M^oCC^oLXXII^o q), V^o kal. septembrisⁿ⁾, indictione XV^a.

a) Landisberg (B₁), Landesberch (B₂) b) caritatis (B₁) c) noticiam (B₁ und B₂) d) caritatis (B₂) e) Isenberg (B₁ und B₂) f) Zwickawe (B₁), Zwickowe (B₂) g) ampliorii (B₁) h) am linken Rand nachgetragen (C) i) ydonee (B₂) k) folgt gestrichen quisquam (C) l) Gebehardus (B₁ und B₂) m) Querenforte (B₁ und B₂) n) Hersteyn (B₁), Hersteynn (B₂) o) Weyzenvels (B₁), Weizenvels (B₂) p) millesimo CC^oLXXII^o (B₁ und B₂) q) mensis septembris (B₁)

19. *Markgraf Dietrich von Landsberg schenkt dem Zisterzienserkloster Grünhain fünf Lehen im Dorf Marienthal, die Siegfried von Ehrenberg aufgelassen hat und die Hermann Rossmarkt und seine Söhne zu Lehen hatten, sowie einen Jahrzins von einer Mark in (Ober-)Hohndorf und einen dort gelegenen Wald, die der markgräfliche Vogt in Zwickau, Heinrich Rossmarkt, aufgelassen hat.*

1273 Juli 3, Zeitz

Original: ThHStA Weimar, EGA, Urkunden, Nr. 4387 (A); Pergament: 19 cm hoch, 24 cm breit, Plica: 4,5 cm; Besiegung: Das restaurierte Reitersiegel des Markgrafen (Posse, SW I, Taf. 5, Nr. 6) an rot-weißen Seidenfäden. — Edition: Wegele, Friedrich der Freidige, Nr. 17. — Regest: Dobenecker IV, S. 135, Nr. 925. — Anm.: Vgl. Nr. 20 — Zur Sache: Kahleyß, Bürger und Kirche, S. 120.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS AMEN. Nos Theodericus dei gratia marchio de Landisberch omnibus in perpetuum. Propter velocem cursum temporum et etatum facta citius obscurantur, que non sunt scriptis autenticis roborata. Eapropter ad noticiam tam presencium quam futurorum volumus pervenire, quod nos ob anime nostre remedium necnon omnium progenitorum nostrorum quinque leen, sita in villa, que dicitur Vallis Sancte Marie, que quidem leen nobis libere vacaverunt per voluntariam resignacionem domini Sifridi militis dicti de Erenberch, a quo Hermannus dictus Rosmarck et filii sui eadem bona retroactis temporibus in feodo tenerunt, et unam marcam argenti in villa Hoendorf et silvam quandam eidem ville adiacentem, quam inquam marcam et silvam nobis vacantes per liberam resignacionem Heinrici dicti Rosmarck advocati nostri in Zwickavia, ecclesie beati Marie virginis in Grunenhain, in qua viri religiosi .. abbas et conventus nobis in